triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, Sello, Conventionej, vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Primo. 27/X

Rybinski cum Woyciechowska Quietatio et Statuet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus) Premysliensibus Generosus Marthias Rybinski, sanus mente et corpore existens, ex copia a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. 955

Quia ipse suo et Generosae Annae Prochowska Consortis suae legitimae, atque Generosi Ludouici Dzierzek, Generosi Francisci Dzierzek cum olim Generosa Alexandra Prochowska procreati filij, Minorennis olim Generosi Stanislai a Prochowce Prochowski Castellanidis Leopoliensis privigni, pro quorum ratihabitione cauet et se praesenti inscribit nomine Famatam Annam Woyciechowska Viduam Ciuem et Incolam Oppidi Moscisko eiusque posteros, de Causa et Actione officiana per se Recognoscentem et praefato Generosam Annam Prochowska Consortem suam et praefatum Generosum Ludouicum Dzierzek ratione non restitutionis rerum certarum in processu Causae eiusdem specificatarum per suprascriptam olim Generosum Stanislaum

dum Prochowski praefatae Gnosae Annae Prochowska Consortis suae fratrem germanum, suprascripti vero Gnosi Dzierzek Avunculum eidem Famatae Woyciechowska, ad Fidele Depositum datarum et consecutarum eidem praefatae Famatae Annae Woyciechowska Civi et Incolae Mosciceni ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense instituta et intentatae, et in quovis puncto et gradu Iuris dependente, atque de Decretis quibusvis eadem in Causa prolatis, tum et rebus ipsis in processu Causae specificatis, sibique Recognoscenti et praefatis Gnosis Consorti suae et Ludovico Dzierzek Decreto Officij praesentis adiudicatis et parte iam receptis ob plenariam et sufficientem satisfactionem rerumque earundem in processu Causae specificatarum realem et effectivam restitutionem Quietat, emittit dimittit, liberamque et absolutam perpetuo pronunciat. Causam eandem et Actionem Officiariam, tum et Decreta quaevis eadem in Causa obtenta et prolata Cassat mortificat et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium. Nihilominus idem suprascriptus Recognoscens Gnosus Mathias Rybinski debebit et tenebitur, prout se ac suos successores meo sub bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, suprascriptae Famatae Annae Woyciechowska eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus suprascriptos Gnosos Annam Prochowska Consortem suam et Ludovicum Dzierzek, vel in eventu mortis successores illorum, ad approbandam per ipsos Inscriptionem praesentem Quietatoriam, aut similem etiam suo pro interesse faciendam, ad Acta quaevis authentica Regni vim et robur perpetuitatis in se habentia, et quidem Consortem cum Assensu sui intra decursum sex septimanarum, praefatum vero Ludovicum

Dzierzek

Drzewek minorennem postquam adoleverit, annosq debitae aetatis attigerit adducere et personaliter statuere, ab eisq vel in eventum mortis Successoribus illorum ut praemissa debite exequantur efficere, Ad tempus vero Statuitionis suprascriptorum Gnosorum Annae Grochowska consortis suae et Ludovici Drzewek Statuendorum, idem suprascriptus Recognoscens debebit et tenebitur que se ac suos Successores, in et super bonis suis quaecunque omnibus Summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis, suprascriptae Famatae Annae Woyciechowska inscribit et obligat praesentibus, ipsam et illius Successores ab omni et quavis Impetitione Juridica, ex persona et occasione suprascriptorum Gnosorum Annae Grochowska Consortis suae et Ludovici Drzewek aliorumq quorumvis supradicti olim Gnosi Stanislai Grochowski Castellanidis Leopolien. Consuccessorum ac aliarum personarum ad Causam eandem, atq res suprascriptas in praesenti actu specificatas sese Interessantium, coram quovis Judicio et Officio Regni exorienda et emergenda, tueri, defendere, evincere intercedere ac eliberare, indemnemq cum Expensis reddere Idq sub Damnis Terrestribus, simpliciter absq Corporali Juramento taxandis et edicendis, per suprascriptum Gnosum Recognoscentem Mathiam Rybinski vel eius posteros suprascriptae Famatae Annae Woyciechowska sive eius posteris ob non Completione praemissorum et non statuitionem suprascriptorum Gnosorum Annae Grochowska Consortis suae et Ludovici Drzewek Statuendorum, vel in eventum mortis successorum illorum ad exequenda praemissa tempore et Loco superius expressis ad solvendum Succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter absq Corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad solvendum succumbendis

ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Suprascriptisq Generosis Conthorale Suae et Ludovico Dzierzek non statuti statuendis statu existens memoratus Recognoscens Gnosus Mathias Nysinski aut eius posteri, ad Instantiam Suprascriptae Famatae Annae Woyciechowska, sive eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense exvanc receptu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefacta Terrestri simpliciter absq corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate gravatori, minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem vel tria proximos Officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones, appellationes, ac earum executiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasioni, bus suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello, conventibus, neq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Skidniowska Ilnickie Quietat.

456 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Nobilis Marianna Skidniowska olim Nobilis Ioannis Skidniowski Consors derelicta vidua sana mente et corpore existens, a Iuris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesens

praesens